

**884** [L. Non]io L. fil. | [Asp]renati prop[r. | c]oloni et incolae | patrono. *Valentiae (Valence) prov. Narbonensis (XII 4748 descr. Allmer qui et v. 2 supplevit). Iudice Hirschfeldio pertinet ad L. Nonium Asprenatem, qui pro consule a. 708 et 709 in exercitu Caesaris bellis Africano et Hispaniensi interfuit (Caesar bell. Afric. 80, Hispan. 40, cf. Catull. carm. 52, Plinius h. n. 57, 81).*

**885** L. Staio Sex. f. | Murco.<sup>1</sup>

*Prope Sulmonem in vico dicto Introdacqua (IX 5080 vidit Dressel). — 1) Videtur L. Staius Murcus (praenomen habent Cicero Phil. 41, 42, 50 et Dio 47, 27. 48, 19; gentilicium plerique codices mutaverunt), legatus Caesaris dictatoris a. 708 (Caes. b. c. 5, 45), postea praetor et imperator (Vell. 2, 69), saepius memoratus a. 740 et insequentibus, interfectus a Sex. Pompeio. — Ceterum eiusdem nominis miles videtur memorari ap. Tac. hist. 4, 43.*

**886** L. Munatius L. f. L. n. L. pron. | Plancus cos., cens.<sup>1</sup>, imp. iter., VIIvir | epulon., triumph. ex Raetis<sup>2</sup>, aedem Saturni | fecit de manibus<sup>3</sup>, agros divisit in Italia | Beneventi<sup>4</sup>, in Gallia colonias deduxit | Lugudunum et Rauricam.<sup>5</sup>

*Prope Gaetam loco antiquo in mausoleo quod vulgo dicitur Torre d'Orlando (X 6087). — 1) Consul fuit a. 712, censor a. 752. — 2) 29 Dec. 711 (fast. Cap.; fast. Barb.). — 3) Cf. supra ad N. 41. — 4) Beneventum fuit inter oppida a triumviris rei publicae constituendae a. 712 militibus destinata (Appian. l. c. 4, 5; de colonia Benevento cf. Mo. IX p. 156). — 5) A. 740 vel 741 cum proconsule Galliam comatam regeret; de Lugduno condito cf. praeterea Dio 46, 50; Hieronymus chron. ad a. 1992.*

**887** L. Memmius C. f. Gal.<sup>1</sup> q., tr. p[L.]<sup>2</sup>, | frumenti curator ex s. c.<sup>3</sup>, | praefectus leg. XXVI et VII | Lucae ad agros dividundos<sup>4</sup>, | pontifex Albanus. | Memmia filia testamento suo fieri iussit.

*Romae (VI 1460 XIV 2264 vidit Henzen). — 1) Tribu Galeria. Nota tribum usurpatam ab homine ordinis senatorii, cum cognomine careret. Similiter alii Memmii, quorum alter fortasse huius Memmii fuit avus, nummis a se cisis inscripserunt L. Memmi Gal. et L. C. Memies L. f. Gal. (Mommsen Röm. Münzen p. 575. 597). — 2) Incertum num exciderit mentio praeturae. — 3) Cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> 672 not. 2. — 4) Aut post bellum Philippense, aut post Actiacum (cf. Mommsen Herm. 46, 474).*

**888** L. Cornelio L. [.] | Balbo cos.<sup>1</sup>, patr[ono], | d. c. d.<sup>2</sup>

*Capuae (X 5854; Ritschl tab. LXXXVe). — 1) Consul suffectus fuit a. 744. — 2) De conscriptorum decreto.*

**889** C. Calvisius C. f. | Sabinus cos., | imp.<sup>1</sup> | XCVI.

*Inter Casinum et Teanum rep. loco dicto Monte Rotondo, columna miliaria viae Latinae (X 6904 vidit Mommsen; columnae ab hac non diversae, praeterquam numero milium, sunt X 6895. 6897—6900). — 1) Consul fuit a. 745, triumphavit ex Hispania a. 726 (tab. triumph. Barberin.). Viam Latinam refecit e manubiis (cf. Suet. Aug. 50; Mommsen mon. Ancyr.<sup>2</sup> comm. p. 87).*

**890** Ap. Claudio C. f. Pulchro | cos.<sup>1</sup>, imp., | Herculaneuses post mort.